

II k  
218

II. 56<sup>o</sup>

M. H., 273.

DE  
IVRISPRVDENTIA POETARVM  
DISSERTATIO  
QVAM  
SINE PRAESIDE  
EX GRATIA SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
SAXONIAE  
PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
CONSEQUENDIS  
H. L. Q. S  
DIE XXIX. APRILIS A. R. S. CICIOCCCLXXXII  
PVBLICO ERVDITORVM IVDICIO PROPONIT  
AVCTOR  
CAROLVS FRIDERICVS TRILLERVS  
LEVCOPETRENSIS  
IVR. VTR. ET PRAX. CAND. ET NOT. PVBL.  
CAESAR. IMMATRIC.

---

WITTEBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

DE  
VARIS PRAESENTIA POTESTARIUM  
DISSESTITATIO  
GAVM  
SINE TRAESTIDE  
EX CIVITATE SERVENSIMI PRINCIPIS FELICITORIS  
SAXONIAE  
TRO  
SUMMI IN ATRIO DEI VARII HONORIBVS  
CONSEGUENDIS  
M R G S  
LIBRIS ET LIBRIS ANTIQUIS  
TABLICO ET ALIO PROPOSITO  
ANNAKAVIANA  
CAROLAS LUDERICAS TRIFLERRAS  
EXACADEMIA TRIENSIIS  
VAR. ANI. ET BES. CAD. ET MOT. TAVL  
CENSAR. IMMATTURIS



ILLVSTRISSIMO COMITI  
DOMINO DOMINO  
EXCELLENTISSIMO GENEROSISSIMO  
AC SPLENDIDISSIMO.

IOANNI ADOLPHO DE LOSS

DYNASTAE IN HIRSCHSTEIN ET OLBERNHAV etc.  
CONSILII INTIMI MINISTRO ET SECRETARIO  
STATVS ET DIRECTIONIS NEGOTIORVM  
DOMESTICORVM SERENISS. ELECT. SAX.

PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO  
DOMINO DOMINO  
FRIDERICO GOTTLLOBIO  
DE BERLEPSCH

DYNASTAE IN HENNINGLEBEN ET LEISLAV etc.  
SVMMI SENATVS ECCLESIASTICI PRAESIDI  
SERENISS. ELECTORIS SAX.

NEC NON

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO  
DOMINO DOMINO  
IOANNI AVGUSTO DE PONICKAV

CONSILIARIO INTIMO STATVS BELLICI  
SERENISS. ELECTORIS SAX.

I DOMINI S DOMINI  
ILLVSTRISSIMIS EXCELLENTISSIMIS  
GENEROSISSIMIS  
HOS INGENII EXIGVI CONATVS  
TANTIS ELEGANTIORVM LITTERARVM I  
FAVTORIBVS  
SACROS ESSE C VPIT  
TANTORVM NOMINVM  
TRIDERICIO EOTTOBIO  
FRIEDERICI EPISCOPH  
HERCULASTII AC GENEROSISSIMO  
DOMINO DOMINO  
IONINI AVGVSTO de PONCKAVA  
subiectissimus seruus  
CAROLVS FRIDERICVS TRILLERV



STATII IPIG Secundopago

Acte anno Venerabilis et Regis Neptunianus datus

## INTRODUCTIO.

Mihi, de iurisprudentia Poetarum acturo, maxime affulsit serenus, ac benevolus quorundam vultus, quo tenuem<sup>a)</sup> libellum nostrum exceperunt. Ille enim in hocce proposito peragendo, me ita stimulauit, vt nota censore me non perterreret, in quam forte apud alios incursum, quod tale tractandi genus, a praxi potissimum alienum, elegerim. Mihi enim hac in re peccare, dulce est, et satis habeo, si modo elegantiorum litterarum fautores coepitis arrideant, meque ab errore absoluant. Potius laetus et gratus diuinam extollo prouidentiam, quae mihi usque in hoc tempus *Venerabilis* A 2 randum

<sup>a)</sup> Dissert. de Praefidio Auctorum Vet. in explicando jure, sub praefidio Viri Illustris ac Iuris consultissimi KRAVII, habitam, quem non solum ob insignem doctrinam venerabam Praeceptorem, sed et propter praeclaras praefitiae benevolentiae documenta ad supremos cineres instar Parentis pie colam.



*randum Parentem conseruauit, cuius non solum largiori Camena in dies magis magisque eductus, sed et crumena et subfidiis adjutus, ut procul a strepitu fôri amoenitatem ex Musis quaerere possem. Pro cuius longiori ac dignissima vita, in praefenti summum Numen suppplex imploro; semperque castis in votis habeo, vt ipsi integritatem virium, qua hactenus annis octoginta et octo major, Leucoreae Spartam, vigore adhuc paene iuuenili, gubernauit, diutius conseruare, ac quotidie nouas inspirare velit, sic Purpuram mox laetus atque integer deponet, eandemque prosperrime rursus resumet, tunc illud STATII ipsi acclamabo:*

*Ipse annis sceptrisque subit Venerabilis aequa.*

### §. I.

#### *Tractandi ratio.*

Equidem ingenue fateor, me in persequendo arguento, latissimum expatiari debere campum, si illud ex aße perquirere, atque omnia recensere vellem, quae mihi ex Poetarum lectione collegi. Iam olim ILLVSTR. <sup>b)</sup> HOMMELLVS simile cuperat consilium, loca in Poetis obvia, ac ad jus spectantia, colligendi; sed partim ab operis amplitudine, partim laboribus grauibus, perterritus, ab eodem desistit. Quamuis vero probe illud teneam, duo cum faciunt idem, non esse idem; non tantam arrogantiam mihi sumam, Tantum virum imitari, cuius vestigia tantum, premere studeo, et licet in deuia feror, me tamen a lectoribus aequissimis veniam nocturum esse, confidio. Interim iam quasdam collectiones Auctorum Veterum habemus, quibus separatum sententiac, ad jus pertinentes, excerptae, atque in una serie reconsentunt. Ati, gaudemus, iurisprudentia galli de multo non inveni amiculam. Et etiam in iurisprudentia etiam ea recte <sup>HORA-</sup> occultans, subteriq; roboriq; se bel; mortisq; et mortuorum meminimus non <sup>b)</sup> In litterat. juris, pag. 371.

HORATII, SENECAE, atque HOMERI, cuius auctoritatem apud Ictos maximam STRVNZIVS et SCHELEGELIVS in dissert. suis comprobant. Ita et nobis facile fuisset, legales opiniones ex PLAVTO, TERENTIO, VEL PHAEDRO, quippe qui, praeceteris vberiores, ex ordine in unum quasi corpus compingere. Mihi vero ista colligendi ratio ideo displaceat, quia materine quasi laceratae ac disruptae proponuntur sine vila coniunctione. Alter enim Poetarum ad hunc ritum, alter ad aliam questionem juris alludit, vt exinde aptius mihi videatur, si singulae leges illorum floribus, ceu mensa bellariis, vel vestis auro, exornantur. Commodo igitur materiae iuris grauissimae ex Poetis illustrari possunt, nec necesse est, vt eorum sententias obforto quasi collo protrahamus, sed sponte in ius venire debent. Quia ratione quis Pandectas poeticas, vel Lexicon poetico iuridicum elaborare posset, qui exacto iudicio, fidaque memoria Poetarum sententias utiliter ad ius applicauit. Quod ad me attinet, periculum faciam titulum π. de I. et I. explicandi, quoad chartae angustum spatium sufficiet, et vires exiguae coepitis audaciebus respondebunt. Ante vero, quam ad hoc me accingam, quedam praemittenda sunt, ad propositi finem pertinentia, quae non nisi violento modo, ab argumento separari possunt.

*Iurisprudentia Poetarum vberius explicatur.*

Sed ne quis iudicet, me illotis manibus accessisse, aptam quoque iurisprudentiae poeticae definitionem suppeditabo. Est itaque habitus Poetarum sententias cognoscendi, interpretandi, illasque rite adjura applicandi. Ex quo apparet, illos non deflectare tantum, sed et prodeficere. Dulcia nuscent utilibus, licet interdum sibi centauros fingant, vera tamen a fieri recte aestimari possunt. Quid? prostant etiam exempla fictio-

A 3 nes



nes olim in legibus ferendis, seruandisque utiliter adhibitas fuisse. Veteres enim putabant, legibus maiorem affire vim, si iisdem diuinam attribuerent originem, ut teste <sup>c)</sup> IVSTINO, consuecdi taedium metus religionis evinceret. Sibi itaque leges ab ipsis Diis dictas simulabant, ut eo grauius populum superstitionem ad illas obseruandas obstringerent. Quam ob causam Numa congressus cum Egeria Nympha habere fixit, quae sibi leges ritusque edixisset, referente <sup>d)</sup> STATIO:

— Sic sacra Numae ritusque solendos

Mitis Aricino nympha dictabat in antro,

quos conuentus noctu Numam constituisse testatur <sup>e)</sup> IVVENALIS

Hic ubi nocturnae Numa constituebat amicae

scil. congregum, quod omissum, et necessario subintelligendum;

OVIDIUS tamen ipsas Musas cum eadem <sup>f)</sup> coniungit:

Coniuge qui felix nympha, ducibusque Camenis

Sacrificos docuit ritus —

Mulas vero Poetas comitari, diuinis ignibus affare, illosque seruare, gloriatur <sup>g)</sup> TIBULLVS:

— servat Diuum tutela Poetas,

ex quo colligitur, illos religiosos ac iustos esse appellandos.

Ius enim non aeternum modo, sed et perpetuum canebant,

poenasque adhuc apud inferos iudices ob crimina recte definiiri, ac perdurare. Qua de re <sup>i)</sup> CORN. Seuerus de Tytyo et

Tantalo tradit:

— Minos,

c) Hist. L. 3. c. 3.

d) Sylv. carm. 3. Lib. 5. v. 297.

e) Sat. 3. v. 630.

f) Met. Lib. 15. v. 338.

g) Vri et Livius Lib. I. c. 21. de Numa resert, illum Camenis lucem sacrato, quia earum consilia sibi cum Egeria fuissent.

h) Lib. 2. El. 5. v. 117.

i) In Aetna v. 82. vid. et OVIDIUS met. 13. v. 25. Aeacus qui reddit iure silenibus umbis.

ε A

— Minos. tuaque, Aeace, in umbris  
Iura canunt — et<sup>4</sup>) PROPERTIVS admonet:

Sub terris sunt iura Deum et tormenta gigantum.  
Sed his missis, me nunc ad obiectum iurisprudentiae nostrae  
convertam.

§. III. VIXIVO Catoz sapientia  
mutilatio de suis videretur debito primum tamquam si quis  
in missis vixisse.

*Carminis varii significatus.*  
Instituti nostri ratio versatur circa carmina, a quibus  
componendis ac faciendis, Poetae dicuntur, ut ita in sensu  
theologico, quilibet homo *moris* esse debeat. Nolo interim  
vocis *carminis* etymologiam adducere, sed modo eiusdem di-  
versas notiones demonstrare. Vt enim apud ARISTOPHANEM  
*vèpos*, *carmen*, ita apud Latinos, *lex*, idem notat; *ceu leges Or-*  
*pheae* apud<sup>5)</sup> STATIVM sunt carmina ab *Orpheo* cantata. Iam<sup>6)</sup>  
ARISTOTELES ita quæsivit: διὰ τὶνας περιέντας εἴσι αἰδούσαντες, cur  
leges vocantur, quas cantant? immo de praestantissimis Poetis,  
*Orpheo* pariter, atque Homero, IVSTINVS MARTYR in cohortat: ad  
Graecos pag. 13. et 15. praedicat, illos Atheniensibus leges  
scripsisse: ὅτι ναὶ Οὐρανίες ναὶ Οὐρανοῖς τὰς νόμους Αθηναῖοι γεγενέθεαν.  
Sed nunc ad alteram *carminis* notionem transeo, qua pro tra-  
ctanda materia a<sup>7)</sup> CORNEL. SEVERO:

Aetna mihi carmen erit —  
atque a<sup>8)</sup> SILIO ITALICO pro *inscriptione*, sumitur, qui haec  
de Paullo morituro habet:

*Signa-*

<sup>a)</sup> Lib. 3. El. 5. v. 39.

<sup>b)</sup> Lib. 5. carm. 3. v. 60.

<sup>c)</sup> In problem. sect. 19.

<sup>d)</sup> Qui statim carmen suum, *Aetna*, incipit.

<sup>e)</sup> Pun. L. 9. v. 266.



*Signavit moriens sceleratum sanguine carmen.*

Penes <sup>p)</sup> LIVIVM vero lex horrendi carminis est, quae poenam gravem in se continet, et <sup>q)</sup> carmen rogationis notat formulas solennes, quibus leges rogarunt, (vti <sup>r)</sup> dirum carmen execratur, concepta verba iuris iutandi, quibus se quis in casum perjurii sacram spondet. Nec silentio praeter eundum mihi est, carmen et cantare sententias involvere in artibus magicis pronuntiandas, quas <sup>s)</sup> OVIDIVS carmen auxiliare secretasque artes vocat, quia Magiae opitulari credebant, vt plura, ac notissima hac de re, hoc vnicō adhuc addito, fileam, <sup>t)</sup> VOSSIVM nimirum in collatione legum Mosaiacarum cum Romanis, et quidem tit. de Mathemat. et Manich. pro execrandas istebas leges, bene legere, leges Thyestas, quia in loco adducto, sermo est de Persis, quippe qui pro Magis recte habebantur, quibus merito accensendus Thyestes, qui coenas cruentas, ceu malignus coquus, apponebat. In proprio tandem significatu carmen famosum apud ICtos occurrit, quod ab HORATIO malum dicitur, quia eiusmodi libelli in ligata oratione, in vulgus dispergebantur, quibus vel alterum iniuste perstringebant, vel iidem atrox crimen ridendo reprobrabant. Quo in sensu derivatio illorum admittenda videtur, qui carmen a carendo lanam, dictum volunt, unde LVCRETIVS Lib. IV.

— quasi carmine lana trahatur,

intelligit carmine instrumentum, quo lana a fodiibus purgatur, ac pectine quasi perstringitur, quae tamen in transitu adducere volui, potius ad Praefides iuris mihi aditum iam parabo.

#### §. IV.

<sup>p)</sup> Lib. I. c. 26. <sup>q)</sup> Id. L. 3. c. 64.

<sup>r)</sup> Id. L. 10. c. 38. et Lib. I. c. 25. vbi carmen foedus initum notat.

<sup>s)</sup> Met. L. 7. v. 137.

<sup>t)</sup> In not. ad CATULLVM pag. 315.

¶ IV. Iurisprudentia sedentem  
territorem Themis atque Apollo et Musis et Iustitiae praesunt.

Iurisperitorum cum Musis cognatio atque affinitas ex eodem quoque demonstrari potest, quod illi apud Veteres eosdem coluerunt Praesides, qui Poetis sacri fuere. Ita Apollo non tantum Poetarum est fautor ac Praeses, sed et arridet Ictis, id quod pariter de Themide dici potest, quae quoque hoc officium duplex gerit, ac de qua pauca prius subiiciam, quia ex decoro feminis locus superior debetur. Illa igitur variis cognominibus insignitur, ex quibus sat vinculum consanguinitatis cum Musis colligi potest. Vocatur enim *alma, sancta, longeva, magna, satidica*, quia partim in legibus ferendis, partim in fatis futuris indagandis, eius oraculum consulabant, *ceu ex*<sup>\*)</sup> OVIDIO patet:

Haec ubi faticano venturi praeficia dixit  
Ore Themis

qui eandem Parnassiam vocat, quia ibi cum reliquis Musis eius oracula celebrantur, inde<sup>\*\*) iuvenalis de Deucalione narrat:</sup>

Navigio montem ascendit, sortesque poposcit;  
Iusta denique ideo dicitur, cum prohibeat, quo minus alter iuri iacturam inferat, cuius exemplum<sup>\*\*\*)</sup> OVIDIVS de Hebe inventutis Dea ita proponit:

— quae cum iurare pararet,  
Non est passa Themis —

metue-

ii) Met. 9. v. 419. v) Eod. Lib. 4. v. 642, ubi. — Themis hunc dederat  
Parnassia sortem.

w) Sat. 1. v. 127. x) Met. 9. v. 403.



metuebat enim illam perjurium commissuram esse. Sed plura non proferam de Themide, nam adhuc Apollinis auctoritas circa leges mihi consideranda. Ipse eleganter a<sup>9</sup>) IVVENALE nominatur *iuri peritus Apollo*, quia fortun illud, in quo lites agebantur, ipsi sacrum erat, quo lucem accipit locus<sup>10)</sup> NORATII sic me servavit Apollo, ibi enim eius statua colebatur, atque tali modo Horatius tempestue ab homine garrulo liberabatur, cum ab adversario in iudicium, Apollini dedicatum, traheretur. Iam supra monui, Veteres in sanciendis legibus oracula adiisse, quae interdum quoque sententias suas per carmina ediderunt, ac legum confirmationem suaserunt. Quac omnia de Apollinis sacris praedicanda sunt, immo multis locis, ex Antiquitatibus petitis, illustrari possunt<sup>11)</sup>. CICERO igitur de Lycurgo tradit, illum leges auctoritate Apollinis Delphici confirmasse, et<sup>12)</sup> IVSTINVIS, eundem simulasse, se profectum ad oraculum delphicum, et consulturum, quid addendum, mutandumque legibus videretur. Sic Apollo non leges solum ipse edixit, sed et ut latae, inviolabiles maneat, prospexit. Locus elegans exstat apud<sup>13)</sup> IVVENALEM, ubi quis, depositum reddere dubitans, sibi quasi defraudandi veniam his interrogabat:

— quaerebat enim quae numinis esset  
Mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo,  
sed hoc a Pythia vate responsum tulit:

Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret  
Depositum retinere et fraudem tureturando tueri.

Pari

y) Sat. I. v. 127. conf. Illustr. HOMMELII diff. de Apolline Iurisperito, unde ipse Apollo *νόμος ιουλιος* appellatur.

z) Lib. I. serm. 9. v. vlt. a) De Diuinat. L. I. cap. 45.

b) Hist. L. 3. cap. 3. vid. et MAXIMVS TYRIVS Differt. II. pag. 131.

c) Sat. 13. v. 202.

Pari modo apud<sup>d)</sup> PLAUTVM Menechmus ille dicit, fibi Apol-  
linem ex sententia oraculi imperare, vt seni illi, qui perdidit  
civem innocentem falso testimonio, oculus exureret; vt et  
v. 97. ita pergit. faciam quod iubes Apollo; et v. 117. tandem  
in eum insurgit, qui ipsum a poena exequenda retinet  
quam Apollo dictaverat sed quis hic est, inquit, qui impe-  
rium demutat, atque edictum Apollinis. Ex quibus prolatis satis  
Apollinis iurisprudentia eluet, quae inde maiori splendore  
inclarefcet, quae sequentibus proponam.

## §. VI.

*Mos leges per carmina promulgantur ad ferendi.*

Nunc vero perquirendus mihi ritus erit, quo veteres leges  
suis carminibus comprehendenterunt, illasque ediscendas per  
cantum praeciperunt, atque hoc modo promulgarunt. Di-  
plici ex fonte hoc derivandum, ex necessitate nimurum, atque  
utilitate. Necessitas eo, ortum duxit, quia olim mos leges  
in aes incidendi, illasque per scripturam promulgandi nondum  
invaluerat. Auctor esse potest hac de re<sup>e)</sup> ARISTOTELES:  
*περί επιστηματος γράμματα, οὗτον τὰς νέμουσ, ὅπως μὴ επιλάθονται,*  
prius litterarum, quam periti essent, cantarunt leges, ne in oblitioinem  
venirent; id quod exemplo statim addito, corroborat: *ωτ-*  
*περὶ ἐγγεγρατοῦ ἔτι εἰδῶς, quemadmodum apud Agathyrzos mores*  
*cecinerunt.* Ad quos legum cantus rite exercendos, earum de-  
cantatorem *ιομόδον* adhibuerunt, *vti<sup>f)</sup>* STRABO de Mazacenis re-  
fert. Id quod pariter<sup>g)</sup> AELIANVS de Cretenibus ita exprimit:  
*Κρῆτες μανθάνου τὰς νέμες ἐκλευον μετὰ τνος μελῳδίας, ηντα τὰς με-*  
*τινάς ψυχηγωγῶνται, καὶ ἐνολάτερον αὐτὲς τῇ μνήμῃ παραλαμβάνωται.*

B 2

Cre-

d) Menech. a. 5. l. 2. v. 87. et 109. e) In Probl. sect. 19. quæst. 28.

f) Lib. 12. Geogr. pag. 539. g) Var. hist. Lib. 2. cap. 39.



*Creteries iusserunt leges cum quodam conceitu perdiscre, ut ex musica voluptatem caperent, et facilis eas memoria complecterentur. Quae verba egregie applicari possunt, quia Musica et Poësis sunt sorores germanae, arctissimo amicitiae vinculo iunctae, ut altera fine alterius consuetudine subsistere nequeat. Sic carmen et lyra semper a Poëtis coniungitur, atque ipse sonus, per mulices instrumenta elicitus, dicitur carmen. Ex multis locis modo sistam<sup>b)</sup> CLAVDIANVM, qui ingeniose ita de organis hydraulicis:*

— laborantes in caruina concitat undas.

et<sup>i)</sup> STATIVM, qui damnati meminit: *Ore simul cytharaque.* Sed a modo leges per carmina recitandi, differt ille mos versibus illas concipiendi. Utilitas in eo qonitur, quia per carmina optime memoriae consulimus. Illa enim ob amoenitatem magis animum afficiunt, et fidelius ac tenacius retinentur, vti recte philosophatur<sup>k)</sup> SENECA: *facilius infidunt, carminis modo inclusa praecepta, quod similiter de legibus, carminibus inclusis, affirmari potest.* Exempla, ex prisca temporibus petita, rem totam dubiis vindicabunt. Thalem Lacedaemoniorum leges versibus composuisse, testatur CLEMENS ALEXANDRINVS; vti ATHENAEVS, idem de Charondae legibus, apud Athenienses inter pocula decantatis, annotavit. Solonem ac Lycurgum leges cantilenis illigasse, fuse docet PLVTARCHVS in horum legislatorum vita. Satis superque praeterea notum est, nonnullos, ipsas XII. Tabb. versibus scriptas, statuisse. Cuius opinionis meminit<sup>j)</sup> HEINECOVS, eamque docte exploxit<sup>m)</sup> EVERARDVS OTTO, cui modo hoc addendum puto, illas ideo forte dici posse carmen, quatenus olim reliquae leges decantatae fuerint, quas discere solebant, ceu carmen necessarium.

Haec

<sup>a)</sup> In carm. in Manl. v. 319. <sup>i)</sup> Theb. L. 4. v. 183. <sup>k)</sup> Epist. 33. et 108.  
<sup>b)</sup> In hist. iur. civ. §. 29. in not. <sup>m)</sup> In Differt. de LL. XII. Tabb. pag. 621.

Haec omnia vero apud Graecos olim visitata, a Germanis quoque recepta, atque in exemplum fuere traducta. Illos enim cantus maxime in deliciis habuisse, perhibet HERTIVS in not. regn. Franc. vet. cap. 3. §. 26. ideoque, narrante <sup>n)</sup> TACITO, res gestas per carmina posteritati mandasse, celebrant, ait, carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus. Quod pari ratione de illorum legibus comprobari potest, et quidem loco classico, ex <sup>o)</sup> AVENTINO, prolato: *Tuisco*, tradit, Germanis leges tuit, carminibusque complexus est, quae publice privatimque cantarentur, ne aut oblio oblitteraret, et ignorantia excusaret. Reliquis itaque probandi rationibus facile supersedere possum, quia veritas rei in continentि liquida patet. Potius promissi memor, transeo ad instituti opus peragendum, quia mihi his praemissis, viam iam ad illud stravi ac preparavi rectissime. Sedulo itaque primum Pandectarum titulum ex Poetis illustrandum mihi sumam, praetermissis aliis quaestionibus, quia solummodo mihi cum Poetis negotium erit.

### §. VII.

#### *Vocis iuris variae notiones.*

Vocabulum *iuris* apud ICtos valde variat. PAVLVS in L. II. π. de I. et I. mentionem facit, quatenus *ius* varias leges in se contineat, et locum iudicij denotet, quod utrumque apud Poetas in eodem sensu occurrit, hinc modo iisdem proprios significatus proferam. Sic apud <sup>p)</sup> CLAVDIANVM *ius* positum reperitur pro cursu fluminis:

— *Nilus mutato iure tumescit,*

B 3

PRO-

<sup>n)</sup> De mor. Germ. c. 2. et 3. vbi refert, ipsos, in proelia ituros, cecinisse.

<sup>o)</sup> In Annal. Boior. Lib. I.

<sup>p)</sup> In car. de *Nilo* v. 29. vid. et STATIVS Achil. L. I. v. 64. qui *iura freti* habet.



- 2) PROPERTIVM, pro potestate: *Tygris et Euphrates sub tua iura fluent.*  
 3) STATIVM, pro sceptro et regno: — *Cadmique Creon iura tenebat,*  
 4) MANTILIVM, pro vicissitudine fiderunt: *Signorumque canam fatali carmine iura,*  
 et CORNELIVM SEVERVM in Aetna v. 232.  
*Scire vices etiam signorum et tradita iura*  
 5) OVIDIVM, pro facultate apprehendendi possessionem: *INICIAC DOMINAS in mea iura manus.*  
 6) LVCANVM, pro licentia criminis: *Iusque datum sceleri —*  
 7) HORATIVM, pro periurio: *Poena si iuris tibi peierati,*  
 8) VIRGILIVM, pro amore matris: — *Si iuris materni cura remordet,  
 penes 9) quem et iura pudoris resolute, est mores castitatis violare.* Denique 10) OVIDIVS per iura locorum, mores inferorum, ac per 11) famularia iura, serviles conditions, intelligit. Sed, plura non referam; quid ius sit, potius nunc inquiram.

### §. VIII.

#### *Iuris definitio.*

*Ius est ars boni et aequi, vt illud VPIANVS in L. I. pr. cit. t. definit. Bonus enim ille dicitur, qui sibi atque alteri omnia tribuit, quae utilitati inserviunt, vnde a CATVLO*

*Ancus*

- g) L. 3. El. 4. c. et CLAVDIANVS de R. Proserp. L. I. v. 51. *ius Parcarum.*  
 r) Theb. L. II. v. 65c. s) Astronom. L. I. pag. 25.  
 t) Lib. 2. amor. El. 5. u) Lib. I. v. 2. v) Lib. 2. od. 8.  
 w) Aen. L. 7. v. 402. x) Aen. 4. v. 27. y) Met. 14. v. 118.  
 z) Met. 15. v. 597.

*Ancus bonus vocatur, vti Minos apud<sup>a)</sup> STATIVM:*

*Iura bonus meliora monet.* —

*Ita et bonum expresse<sup>b)</sup> CLAVDIANVS ab honesto discernit:*

— *quaes norma boni, quis limes honesti,  
ceu PLAVTVS bono cum iure, sine bono iure saepissime dixit.  
Aequus e contrario erit, qui alteri nec plus, nec minus ad-  
dicit, sed, strictam aequitatem observando, vnicuique suum  
actu distribuit, quod sibi ex iure debetur, nulliusque perso-  
nae rationem habet, quem<sup>c)</sup> CLAVDIANVS recte describit:*

— *iustique tenorem  
Electere, non odium cogit, non gratia suadet,  
vt sic iustitiae divisio in distributivam et commutativam prorsus  
sit inutilis. Praetor itaque aequus appellandus non erit, de  
quo L. I. π. cit. t. dicit, illum<sup>d)</sup> ius reddere, licet inique de-  
cernat, ipsi potius illud opponendum TERENTII, ius summum  
saepē sumnum esse malitiam. Iustus enim nunquam iniquum sta-  
tuere potest, et ius etiam iniquum non datur, quamvis inter-  
dum lex aequitati repugnat, quod inde probandum, quia iura  
ac leges, tanquam diuersae species a Poetis proponuntur<sup>e),</sup>  
IVVENALE nimirum,*

*Quod si vexantur leges ac iura  
δ) VIRGILIO, vbi Dido:*

*Iura dabat legesque viris, —*

*a) Theb. 8. v. 27. b) In car. in Manl. v. 96. c) Loc. cit. v. 212.  
d) Est formula solennis, Poetis etiam propria, ut OVIDIO L. I. fast. v. 30.*

*Nullus erat iustis reddere iura labor;  
TERENTIO Adel. a. 2. f. 2. v. 203. meum mihi reddatur; PHAEDRO L. 4.  
f. 12. incorrupta iura reddebat flue.  
e) Sat. 2. v. 43. f) Aen. I. v. 511.*



aliisque pluribus.<sup>a)</sup> Sed <sup>b)</sup> CLAVDIANVM adhuc audiamus,  
qui id, quod iuri opponitur, iniustum ita definit.

*Esse sed iniustum quodcumque negatur.* Neque enim <sup>c)</sup> si  
Injustiae

atque <sup>d)</sup> ALBINOVANVM, qui fortunam, ob mortem Drusi atro-  
cem, his accusat:

*Saevit et iniustum ius sibi ubique facit,* quo loco contradictio esse videtur, sed non est, *ius enim intel-*  
*ligendum est de impia potestate, quia ius iniustum alias esset non* <sup>e)</sup> *ens*. *Iure iniustus* tamen quis esse potest, quatenus ob ae-  
quitatem violatam, iura eum pro tali declarant, atque in eo  
necessitas orti iuris ponenda, de qua sequenti §. agendum.

### §. IX.

*Causa atque origio iuris.*

Introducti iuris causam ICtus in adducta L. I. §. I. c. t.  
collocat in metu poenarum atque praemiorum exhortatione. Prius  
attestatur EVRIPIDES, *iura iniustis esse data:* Δένας δὲ αδικοῖ δι-  
δοτι, atque <sup>f)</sup> HORATIVS canit:

*Iura inuenta metu iniusti;*

Praemia vero, iustis conferenda, <sup>g)</sup> CATULLVS de Themide  
gloriatitur, quae olim

*Antiquis solita munera ferre piis.*

Quam necessitatem iuris paulisper adhuc indagandam putamus,  
quia metus poenarum tantum accidentalis causa fuit. Pro prin-  
cipali

g) In car. Manl. v. 189. h) El. I. v. 54.

i) Sic apud PLAUTVM in Amph. a. I. f. I. v. 91. *Copiae hostium iure iniustae,*  
quae contra ius belli militant, vt ergo alia lectione non opus.

k) Lib. I. fer. 3. v. 68. l) In car. ad Mallium v. 153.

cipali potius habenda erit ferocitas hominum, quae ab introductis frugibus repetenda. Fictio Poetarum huic rei egregie atque utiliter optulatur, qua Cererem statim inuentis frugibus leges dedisse, afferunt, ideoque <sup>m)</sup> OVIDIUS de ea praedicat:

*Prima dedit leges, Cereris sumus omnia minus.*

Tunc enim effrenati mores prodibant, quibus ius, ceu murus esset opponendus. Sani enim ignorant medicum, bene tamen aegroti ipsum supplicando salutant. Ita quoque boni legibus non indigent, sed maligni iisdem sunt coercendi. Quac causa satis ex vocabulis colligitur, quibus veteres vbi, cum illos nobis, quibus leges ferendae, indicarent. Sic Dido apud <sup>n)</sup>

VIRGILIVM:

*Iustitia dedit gentes frenare superbas  
ac Saturnus <sup>o)</sup> eodem canente,*

*— genus indocile composuit, legesque dedit,*

Cui accedit <sup>p)</sup> STATIVS:

*— infrenos componere legibus Argos.*

Inde quoque non sine ratione, Poetae tradidere, Deucalionem nouos homines ex lapidibus iactatis, procreasse, ex quo concludit <sup>q)</sup> VIRGILIVS

*Vnde homines nati durum genus —  
atque <sup>r)</sup> OVIDIUS pariter:*

*Et documenta damus, qua sumus origine nati.*

Poenis igitur ferocios homines, in iure statutis, compescendi erant, nam secundum <sup>s)</sup> CLAVDIANVM ille:

*Qui fruitur poena, ferus est, legumque videtur*

*Vindictam praestare fibi.*

Origo

<sup>m)</sup> Met. 5. v. 341. conf. VIRGILIVS Aen. 4. v. 58. vbi Ceres legifera dicitur,  
et SERVIVS ad hunc locum. <sup>n)</sup> Aen. 1. v. 526. <sup>o)</sup> Aen. 8. v. 321.

<sup>p)</sup> Thieb. 2. v. 180. <sup>q)</sup> Geor. 1. v. 60. <sup>r)</sup> Met. 1. v. 415.

<sup>s)</sup> Pan. in Manl. Theod. conf. v. 224.



Origo iuris quoque insimul deriuanda est ab hominum effrenata licentia, quam POMPONIVS modo in L. 1. π. de O. I. ab urbe condita traducit, quod quidem valet de speciali reipublicae Romanae iure, non de uniuerso, quod antiquioribus gaudet cunabulis. Illud enim immediate descendit a Deo, mediate demum in terrarum Dominos translatum est, quod cognovit HOMERVS qui de illis affirmat:

— δικαστήσαι, οὐτε θέμασαι  
Πρός Διός εἰσβαται — οὐδεὶς τούτον δικαιούσθω  
leges a Iove tueri, uti et SENECA in Thyest. exclamat:

Vos quibus rector mariis atque terrae  
Ius dedit magnum necis atque vitae,  
cum ergo origo iuris sit antiquissima, inde senium ac vetustas eius lucide innotefecit, ob quam ") CLAVDIANVS felix seculum laudat:

Firmatur senium iuris, priscamque resumunt  
Canitiem leges, emendanturque vetustae,  
cui annuit v) MARTIALIS:

Si quid longa fides, canaque iura valent.  
Quo sanctius igitur leges, ceu senectus, in veneratione habentur, ius rite distribuatur, vitiisque frena iniiciantur, vigilat Iustitia, quae "), CLAVDIANO fatente,  
— insultat, vitiisque a stirpe recifit  
libido: Elicit oppressas tenebroso e carcere leges.

### §. X.

Iustitiae et Iurisprudentiae definitio ex Poetis vindicatur.

VULPIANVS iustitiam in L. 10. cit. t. ita definit, quod sit *constans*  
et *perpetua voluntas, ius suum unicuique tribuendi, quam definitionem,*

i) Iliad. 1. v. 238. u) In Pan. in IV. conf. Hon. v. 506.  
v) Lib. I. Ep. 16. w) In car. in Ruf. L. 1. v. 54.

quia modo ad internam iustitiam respiceret, hodie non admittunt.  
 Poetas in iudicium vocabo, qui VULPIANO fortiter adflant.  
 In medium producam<sup>x)</sup> OVIDIVM, qui de Daedalione, pro-  
 positi sui tenace, haec praedicat:  
 Vir fuit: et tanta est animi constantia, quantum  
 Acer erat — quippe cum voluntas constans nihil excludere videatur, quae  
 a recto nunquam aberrat. Praterea excutienda erit quaestio,  
 anne ille, qui voluntatem iniusti habet, etiam illam mox effi-  
 cacem reddat; quia potius illud<sup>y)</sup> CATULLI valeat:

*Iustitiam quoties cupida de mente sugarunt.*

*Perfundere manus fraterno sanguine fratres,*  
 cui enim animus sceleris perpetrandi inest, ille ipso facto do-  
 cebit, quod luculentius<sup>z)</sup> IVVENALIS expressit:

*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,*

*Facti crimen habet, cedo, si conata peregit,*

*Has patitur poenias peccandi sola voluntas.*

Nonne vero e contrario interne iustus, factis iustis semper ex-  
 terne in proposito suo persevererabit? ipsi enim est<sup>a)</sup>, PERSIO  
 philologante,

*Compositum ius fasque animo, sanctosque recessus*

*Mentis, et incoctum generoso pectus honesto,*  
 quem simili modo secutus<sup>b)</sup> STATIVS, vbi Apollo iustis

*monitus sacrae sub pectore fixit*

*Iustitiae. —*

Sed his discussis, ad iurisprudentiam gressum dirigo, quae ver-  
 satur circa res divini atque humani iuris, quod ex<sup>c)</sup> HOMERO pro-  
 bandum duco, ita monente:

*Οὐρανὸν γνῶστες ήμεν θεού, ηδὲ καὶ αὐδέα*

*Ut bene cognoscas esse Deum et hominem.*

## C 2

Poetae

<sup>x)</sup> Met. I. v. 294. <sup>y)</sup> In carm. Argon. v. 398. <sup>z)</sup> Sat. 13. v. 298.

<sup>a)</sup> Sat. 2. v. 73. <sup>b)</sup> Achil. L. 2. v. 449. <sup>c)</sup> Iliad. V. v. 128.



Poetae enim veteres omne, quod existit, ita diuisere, sibique <sup>a)</sup> omnium rerum vniuersalem tribuere scientiam, atque inde euenit, vt diuina atque humana vbiique coniunctim posita inueniantur, v. c. apud <sup>c)</sup> PLAVTVM: dedunt se diuina humanaque omnia, cui adspicit quoque <sup>f)</sup> VALERIVS MAXIMVS, qui Areopagum, diuini atque humani certaminis venerabile domicilium, vocat. Mirandum igitur non est, ius in humanum ac diuinum recte fuisse diuisum, ex quo et sanctitas iuris, nunc pertractanda, rite permanauit.

## §. XI.

*Vnde Reverentia iuris oriunda.*

Totius iuris summa principia Pomponius in L. 2. π. alleg. t. his proponit: *Religio in Deum, ut parentibus, et patriae pareamus.* Singula haec officia inuestigabimus, ac de religione in Deum, prius verba facturi sumus. Illam vero iuris esse validum fundamentum, in aprico est, nam qui vere pius, ille quoque iustus erit, atque ita <sup>g)</sup> HOMERVUβητεῖς καὶ ἀγόνοις, σερισ atque in iustis opponit eos, quibus *vōs ēst θεῶν mens ēst religiosa.* Hinc Theseus, apud inferos poenas luens, mortales per <sup>d)</sup> VIRGILIVM monet:

*Dicite iustitiam moniti, nec tennere Diuos,*  
et sic <sup>i)</sup> SILIVS ITALICVS inter se se coniungit:

*Scita patrum, et leges, et iura fidemque Deosque,*  
ideoque ipsa Themis, cui religiosa repraesentatur ab <sup>b)</sup> OVIDIO,  
eam cum Deucalione, qui ita laudibus effert:

*nec amantior aequi  
Vir fuit, aut illa metuentior ulla Deorum,*

<sup>a)</sup> v. Cel. *Leyserus* in med ad π. spec. II.

<sup>e)</sup> In Ampl. a. 1. f. 1. v. 102, et in Afin. a. 5. f. 2. v. 4. *Negue diuini, neque*  
*humani quidquam postquam accredas.*

<sup>f)</sup> Lib. 5. c. 3. <sup>g)</sup> Odyll. L. 6.

<sup>h)</sup> Aen. 6. v. 630, et Georg. L. 1. v. 338. vbi. *Imprimis venerare Deas.*

<sup>i)</sup> Pun. L. 15. v. 491. <sup>k)</sup> Met. 1. v. 323.

quia religio maxime nititur metu erga Deum, eiusque iura sanctissima, quod Poetae per vocem fas intendunt, quando illam cum vocabulo iuris connectunt, quo respexit <sup>1)</sup> VIRGILIVS:

*Quippe etiam festis quaedam exercere diebus,  
Fas et iura finunt, riuos deducere nulla  
Religio vetuit*

Fas enim spectat ad Deum, iura vero ad homines, quod ultrius colligitur, quia nefas habetur pro crimine, in Deos commisso. Sic <sup>2)</sup> HORATIVS de Romuli oibis consecrati auguratur, hoc nefas videre foret, quando victor illa dissiparet insolens, ac iure Ilioneu<sup>s</sup> penes <sup>3)</sup> VIRGILIVM monita salubertima dedit:

*At sperate Deos memores fandi atque nefandi,  
Periurium vero pro tali delicto, quo Deus immediate violatur,  
esse habitum, ex <sup>4)</sup> TIBULLO, haec de se gloriante, patescit;*

*— non me periuria terrent,*  
*Nou dicta in sanctos impia verba Deos.*  
Sed officia, Deo debita, excipiunt ea, quae parentibus praehanda, ab ICto in dicta L. recte religioni adiuncta, ut haec <sup>5)</sup> PLAVTI Palafra comprehendit, se tunc modo poenam illam mereri,

*Si erga parentes aut Deos me impiaui,  
pariterque Myrrha <sup>6)</sup> OVIDII, concubitum cum patre meditans,  
exclamat:*

*— pietas, sacrataque iura parentum.  
Hoc prohibete nefas —*  
tantum quoniam scelus religio sancte detestaretur. Denique non minori sanctitate fides Patriae est tribuenda, quae in obedientia consistit. Quam si denegamus ipso, atrox proditionis

<sup>1)</sup> Georg. L. I. v. 263. vid. et PLAVTUS in Ciftel. a. I. l. I. v. 22. *Iusque fasque est etc.* <sup>2)</sup> m) Lib. epod. 16. v. 13. <sup>3)</sup> n) Aen. I. v. 547.  
<sup>4)</sup> Lib. I. El. 3. v. 51. <sup>5)</sup> p) In Rud. a. I. f. 3. v. 8. <sup>6)</sup> q) Met. 10. v. 321:  
er Met. 8. v. 499. *Mens ubinaterna est? ubi sunt pia iura parentum?*



crimen cum Catilina inschimatur, quem MARCUS LYS IDE  
occusat: — Sacrum frueret cum Catilina nifas, obducendum nulli  
immo amor paternus derogare debet amori patriae) ceu )  
VIRGILIVS de Bruto cantat: dash rotit annam suam saepe

Vincet amor patriae —

ipse enim filios capitis damnauerat, quia libertati iacturam  
inferre coniurauerant. — Sed, his tribus officiis hactenus  
pertracatis, probe cognoscitur, illa esse omnium grauissima,  
aque lac sanctissima, et quicquid ferat, ille in comitatu ius  
stutiae inedit. Ipsi reuera teste) HORATIUS inest: —

Pudor et Inſtitiae foror, —

Incorrupta fides, nudaque veritas, — et \*) VALERIO FLACCO: —

nuda fides sanctique potentia insti.

Facile hinc reuerentia, quam legibus ac iuri debemus, deriuari  
potest, qua cessante, reipublicae salus labefactata vacillat, quam  
fortem aeuī sui acerbam iam v) LYCANVS luget, — cui non vlla fuit iusti reuerentia,  
item et w) IVVENALIS

Quis metus aut pudor, sed qua reuerentia legum?

similes querelas Ceres souet apud \*) CLAVDIANVM, ita dolens  
Quo leges cecidere poli? quo iura Deorum?

atque hoc modo SENECA in Thyest. tunc instabile regnum esse,  
auguratur:

vbi non est pudor

Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides, — Cum ergo leges reuerenter habendae et colenda sint, ille,  
pariter locus venerandus erit, in quo secundum illas iudica-

r) Lib. 9. Ep. 72. s) Aen. 6. v. 820. t) Lib. 1. ed. 24. v. 6.

u) Lib. 5. Argonaut. v. 499. v) Lib. 9. v. 191. w) Sat. 14. v. 174.

x) Lib. 5. de R. Prof. v. 271.

tur, quo enata reverentia foris, quod infanis clamoribus violandum non erit. De qua tamen latius differere nolo, ne bene cocta iam, ac iustis condimentis praeparata, ad nauseam denuo apponere videar, quippe cum *Vir illust.* ac longiori vita dignissimus, **CHLADENIUS**, de hoc argimento pro more egregie egerit. Hoc tantum allegasse placer, ipsos Iurisperitos *Santos* vocari, quod elogium alteri respondet, quo, cœ*sacerdotes Iustitiae, insigniuntur, quia eius sacra aequa peragendi cura demandata ipsis est, quod contendit*<sup>y)</sup> **VIRGILIVS**:

*Sacra Dilem, sanctique patres: extrema per illos  
Iustitia, excedens terris vestigia fecit,  
ut itaque<sup>z)</sup> **MARTIALIS** ICtum Maternum alloqui ac salutare  
potuerit:*

*Iuris et aequarum cultor sanctissime legum,  
Veridico latinum qui regis ore forum.  
quemadmodum<sup>a)</sup> **IVVINATIUS** Pegasum nuncupat sanctissimum  
legum interpretem<sup>b)</sup>, qui ideo mores Maiorum pie sequendos  
ex ea causa suadet*

*— — sanctus haberi,  
Iustitiaeque tenax dictis, factisque mereris,  
maiori enim reverentia leges saluae conseruantur, si de illo,  
qui iisdem praefest, virtus praedicari potest, qua<sup>c)</sup> **MARTIALIS**  
*Traianum* celebrat:*

*Tanta tibi est recti reverentia, Caesar, et aequi  
Quanta Numa fuerat  
vti et **AVSONIUS**, Pittacum sapientem, ita monentem, introducit:  
statim Pareto legi, quisquis legem sanxeris.  
At de his ego hactenus. Restat adhuc, ut quaedam de iure naturali  
adiiciam, ex quo præsertim cultus religiosus, ad omnia iura trans-  
latus, quae semper naturali aequitate nisi debent protissimum.*

<sup>y)</sup> Geor. L. 2. v. 473. <sup>z)</sup> Lib. 10. Ep. 37. <sup>a)</sup> Sat. 4. v. 78. <sup>b)</sup> Sat. 8. v. 24.  
<sup>c)</sup> Lib. 11. Ep. 6.



§. XII. Quatenus ius naturae cum brutis commune fortiamur.

Ius illud, ab ipsa natura nobis innatum atque insitum, non sive ratione totius iuris mater appellari potest, ut docuit:<sup>d)</sup> STRATIVS:

— ib mihi natura cui prima per orbem

Iura animis sociore datum. —

sed potius his misis ad definitionem in L. 1. §. 3. cit. t. quod sit ius, quod natura omnia animalia docuerit, propriaquo. Ratio igitur cum distincta in bruta non cadat, omnis iuris sunt incapacitatem, etiā & dixen esti per autem, testificante HESIODO. Haec tamen cum ipsis communia tue-  
mur, quae vitae conseruandae insertiunt, quo egregie applicandus lo-  
cus e) STATIVS, de instinctibus naturalibus intelligendus:

— sunt et rabidis iura infesta monstrosis,  
quibus ipsa natura inspiravit, ut damnoſa fugiant, atque vim se defendendi  
intus sentiant, vere dudum f) HORATIVS

Dente lupus, cornu tanus petit, unde nisi intus  
Monstratum, haec cum LVCRETIO effatus:

Sentit enim vim quidque suam qua possit abiit.  
Quae corporis defensio nobis quoque in L. 3. c. t. permittitur, quia ob  
tutelam corporis sui iure fieret, qua de re simili modo seruus, apud g)  
PLAVTVM, se insipientem vituperat, cum sibi, de periculis imminentibus,  
parum prospiceret, hac vſus ratione:


Potius quam id, quod proximum eft, meo tergo tutelam geram.  
Vim enim vi repellere licet, et qui sui sponte iuri non obtemperat, ille vi  
ad officium adigendus, tunc enim illud si L. ITALICI valebit:


Vis colitur, iurisque locum sibi vindicat enſis,  
ex quo nascitur ius armatum de quo in praefenti nihil monebo, quia  
praeter spem citius in portu nauigo, et metam, mihi propositam,  
praeteriectam, immo velociori cursu euitatam, cognosco. Nam copia ſen-  
tentiarum, ex Poetis collectarum, ita foecunde abundauit, ut modo pri-  
mum Pandectarum titulum poetice illustratum, pro ingenii mediocritate,  
benevolis Lectoribus proponere, immo tantum inchoare potuerim, quia  
in eo pertractando, partim multa omittenda, partim ſiccō pede tranſeun-  
da, mihi fuerit, ne nimis longus eſſe viderer. Pro tempore itaque fontes  
Poetarum, ex quibus haui, laetus relinquo, et cum VIRGILIO exclamo:

Claudite iam riuulos, Pueri, ſat prata biberunt.

d) Syl. L. 2. v. 83. o) L. 1. v. 459 f) Lib. 2. ſerm. 1. v. 52 g) Trin. a. 4. l. 3. v. 51.

X2502133





DE  
**IVRISPRVDENTIA POETARVM**  
 DISSERTATIO  
 QVAM  
 SINE PRAESIDE  
 EX GRATIA SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
 SAXONIAE  
 PRO  
 SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
 CONSEQUENDIS  
 H. L. Q. S.  
 DIE XXIX. APRILIS A. R. S. CICICCLXXXII  
 PVBLICO ERVDITORVM IVDICIO PROPONIT  
 AVCTOR  
**CAROLVS FRIDERICVS TRILLERVS**  
 LEVCOPETRENsis  
 IVR. VTR. ET PRAX. CAND. ET NOT. PVBL.  
 CAESAR. IMMATRIC.

WITTEBERGAE  
 LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

